
J. Birckerod

Opera creationis
primi et secundi diei


Havn., 1681.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

1,-64.
DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 00786 7
+ REX
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

OPERA CREATIONIS
Primi & ſecundi diei
breviter
Ex ipſis ſacri textus Moſaici
fontibus explicata,
qvibus
ſimul demonſtratur
CERTITUDO METHODI ORTHODOXÆ
INTERPRETANDI SCRIPTURAM
ex Scripturâ
adverſùs
Dubiam interpretationem
NOVI HISTORICI CRITICI
Richardi Simonis,
propoſita
Ordinariæ diſputationis loco
in Academiâ Regiâ Havnienſi,
à
JANO BIRCKERODIO
S. S. Th. D. Pr. P.
Reſpondente
THOMA BRODERO BIRCKERODIO
Jacobi filio.
In auditorio ſuperiore
ad diem 22 Decembr.
ab horâ octavâ matutinâ.
A. C. 1681.

4.

162

Literis Viduæ Cornificii Luſt, Reg. & Acad. Typogr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

DET K
DA 1.-
1 1 01

BIBLIOTHECA REGIA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

בראשית
ΓΕΝΕΣΙΣ.
LIBER CREATIONIS.

Liber primus Moſis Hebræis à prima Voluminis dictione nuncupatur בראשית, Græcis Geneſis, qvia præter mundi natales ediſſerit non modò Patriarcharum generationes & vitas, ſanctarum familiarumq; propagationem, Eccleſiæ Dei originem & progreſſum, ſed & τῶν ἔξωθεν, Nationum, Gentilium ſtirpes & familias in orbem longè latèq; fuſas & diſſeminatas; nec non promiſſiones de ſemine benedicto, mox ab orbe condito datas & ad pios Patriarchas repetitas.

א	Κεφάλαιον α	Caput I.
בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃	Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.	1. *In principio creavit Deus cœlum & terram.*
וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ וְחֹשֶׁךְ עַל־פְּנֵי תְהוֹם וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל־פְּנֵי הַמָּיִם׃	2. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. κ̀ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.	2. *Terra autem illa erat vacua & informis: tenebræq; erant ſuper abyſſum: et Spiritus Domini fovebat aquas.*
וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי־אוֹר וַיְהִי־אוֹר׃	Και ειπεν ο Θεός· Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.	1. *Et dixit DEus: Fiat lux, & fuit Lux.*

בראשית, | *In Principio.*

1. Principium, in qvo Deus creavit mundum, principium temporis

poris fuit. Ita n. vocabulum cum eodem præfixo ב juxta tàm Maſoretharum qvàm Concordantiarum certitudinem in ſacrâ Scripturâ accipi ſolet. Qvinqvies tantùm hâc formâ uſurpatum legimus, ac reliqvis qvatuor locis, temporis ejus initium de qvo ſermo eſt, ſignificatur.

Jerem. XXVI, 1.	בראשת ממלכות יהויקים	*in principio regni Jojakim.*
XXVII, 1.	בראשת ממלכות יהויקים	*in principio regni Jojakim.*
XXXVIII, 1.	בראשת ממלכות צדקיהו	*in principio regni Zedekiæ.*
XLIX, 34.	בראשת ממלכות צדקיהו	*in principio regni Zedekiæ.*

2. Nec aliter exprimi juxta literalem ſenſum heic poſſe, tum ex illo perpetuo vocabuli uſu, tum ex creationis actu manifeſtè liqvet, qvæ in tempore cœpit: qvoniam ad id tantùm poteſt accommodari, cujus cauſſâ exprimitur & adhibetur.

His accedit, principium hoc vocari à ſacris ſcriptoribus

ἀρχὴν τοῦ κόσμου,	*Matth.* XX*IV*, 21.
ἀρχὴν κτίσεως,	*Marc*: X, *6. 2. Petr. III*, 4.
καταβολὴν τοῦ κόσμου,	*Matth.* XIII, 35, XXV, 34.
Luc. XI, 50. *Joh.* XVII, 24.	*Eph. I*, 4. *Hebr. IV*, 3. *IX*, 26

3. Radix vocabuli ראש eodem ſignificatu adhibetur Prov. VIII, 23 מראש מקדמי־ארץ à capite, ab initiis terræ; Onkelos in ſuo *Targum* hoc alterum retinet מקדמין; Jonathan מן אולא qvod ſimiliter initium temporis ſignificat. Ita rectè qvoqve illi, qvi ſubaudiendum eſſe putant ſimile qvoddam Synonymon, ut העולם *ſeculi*, vel הכל *omnium, quæ ſc. Deus creavit*, vel verbum gerundii loco ברת *creandi*; Ad eundem enim ſenſum hæc omnia redeunt.

4. *Græci, nempe* LXX, Symmachus & Theodotio, rectè qvoqve ad verbum hoc verterunt, ἐν ἀρχῇ ſed obſcuriùs idem reddidit Aqvila ἐν κεφαλίδι, *in capite* vel *capitulo*; ad modum tamen, qvo uſurpatur *Pſal.* XXX*IX*, 7. *&* *Hebr.* X, 7. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται, i. e. *in principio*.

5. Non autem poteſt hoc vocabulum verti *in principium*; qvoniam is non eſt uſus hujus ſtructuræ; nec ſubaudien-

dum eſt, *anteqvàm creavit Deus*: connexio verborum & verſuum eam interpretationem non fert: rudis præterea terræ moles priùs non exſtitit, quàm Deus cœpit cœlum & terram formare.

6. Myſtico autem ſenſu etiam heic poteſt ſubintelligi ipſa *Dei ſapientia*, vel *Filius Patris ab æterno natus.* Ita Targum Hieroſolymitanum, בחוכמא in *ſapientia*; & plurimi Patres, *in Filio.* Ferri enim poſſunt ejusmodi ſenſus myſtici, ubi præeuntem nobis habemus ipſam Scripturam. Sapientia autem æterna hoc de ſe ipſâ pronunciat, *Prov.* VIII, 22 *Dominus poſſedit me* רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ *principium viæ ſuæ*, qvæ ibidem dicitur *adfuiſſe Deo*, ac *delicium ejus fuiſſe*, *qvum parabat cœlos & fundabat terram*, v. 23. 24. In Chriſto qvoqve omnia ſunt creata, Col. 1, 16. ἐν αὐτῷ ἐκλίθη τὰ πάντα, atq; idem eſt εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ἀοράτου, καὶ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, item ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν v. 15. & 18.

ברא אלהים *Creavit DEus*

1. Verbum ברא ſimplici hac & nudâ formâ ſepties reperitur, ſignificatione propriâ & impropriâ. Propriâ, de creatione rerum omnium ex nihilo, vel immediatè, ut heic, vel mediatè ut *Gen.* I, 27. II, 3. IV, 32. *Eſ.* XL. 26; Impropriâ, de rei novæ & miraculoſæ productione. Atq; heic propriè accipi vocem de creatione ex nihilo immediatè tum ex ipſâ rerum novitate, qvas Deus modô condere cœpit, intelligitur, tum ex locis parallelis diſertè nihilum hoc per voces negativas definientibus *Prov.* VIII, 24. *Eſai.* XLI. 25. *Rom.* IV, 17. *Hebr.* XI. 3. Porro verbo ſingularis numeri unicus Deus demonſtratur, qvi non neceſſitate quadam compulſus, ſed liberrimæ voluntatis motu adductus mundum condidit, ſine ulla alia ope, ſolo verbo, jubendo ut exiſterent, *Pſal.* XXXII, 6. *Hebr.* XI, 3. Id ad refutandam eorum ſubtilitatem ſufficit, qvi mundi æternitatem ex neceſſitate æterni motus divini ſtatuerunt. Nulli enim neceſſitati adſtringitur motus ex liberâ voluntate proficiſcens. Potentia autem Dei ex eo maxime eluceſcit, qvod ex nihilo tam magnificum o-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

pus creaverit ; qvi verò Deum ex creationis actu mutabilem eſſe ratiocinantur, malè Divinam naturam concipiunt, in qvâ non eſt παραλλαγὴ aut τροπῆς ἀποσκίασμα. Jac. I, 17.

2. Vox אלהים pluralis numeri eſt, non ſingularis, ut exiſtimavit Cajetanus, nec communis, ut qvidam Judæorum aliis atqve etiam Hieronymo perſvadere conati ſunt negandæ pluralitatis cauſſâ, qvæ ex hoc vocabulo educitur. Ipſum ſingulare אלוה locis qvinqvaginta ſeptem reperitur: radicem ejus אלה *coluit*, *A*rabibus uſitatam tradunt doctiſſimi qvidam Philologi, ac ex eâdem Deum qvoqve Arabicè אלה vel אלאלה vocari. In plurali autem ſexcenties ſeptuagies bis hâc nudâ formâ legitur, Deumque ſemper propriè ſignificat, impropriè verò qvi vel apud Deum ſunt, ut Angelos *Pſal.* XCVII. 7. 9. CXXXVIII, 1. vel locum Dei tenent aut agunt in terris, *Exod. VII*, 1. *XXII*, 28. 1 *Sam. II*, 2. *Pſ. LXXXII*. 1. 6. vel qvi loco Dei colantur, ut Dii gentium, eorumq; idola *Exod. XX*, 3. *Deut.* V, 6. Heic autem non niſi pro uno ſolo, æterno veroq; Deo accipiendam eſſe ex ipſo Moſe liqvet, qvi *Gen. II*, in hoc eodem creationis actu deſcribendo undecies אלהים per יהוה אלהים explicat. Qvorum prius יהוה unicam æternamq; Dei eſſentiam, poſterius אלהים perſonarum pluralitatem haud obſcurè indicat.

3. Maſorethæ ter conjunctim legi ברא אלהים obſervarunt, idq; in lege *Gen.* I, 1. & II, 3. *Deut.* IV, 32. qvod ad integritatem noſtrorum codicum contra novos Criticos demonſtrandam haud parum facit, cum Concordantiæ noſtræ idem oſtendant. Cum ſingulari יהוה ſemel hæc eadem ſimplex ſine præfixo vel ſuffixo legitur, Jerem. XXXI, 23. Subintelligi autem ad omnia loca, ubi vel hoc vel aliud verbum ſingulare אלהים conſtruatur, nemo dubitaverit, cum Moſes ſæpe utrumqve jungat. Pluralitas autem illa verbo & nomini Dei proprio & eſſentiali addita neqvaqvam myſterio caret. Quamvis enim uſu eveniat, ut pluralia qvædam ad alia qvædam ſingularia ſimiliter adhibita reperiantur,

tur,id tamen rariſſimè,ac non ex genio lingvæ;ſed per translationem qvandam impropriam factum eſſe qvivis animadverterit. Prævalent autem in primario exemplo loca clariſſima, qvibus eadem pluralitas per perſonarum varietatem explicatur. Non enim aut Angelos,aut terram,aut alias res creatas(ut ineptè regerunt qvidam Judæi) intelligit , qvando Deus vel ſecum init conſilium de condendo homine: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram*,vel inqvit: *Ecce Adam ſicut unus ex nobis* הנה אדם כאחד ממנו. Illuſtria ſunt illa qvoq; dicta, qvibus vel nomen vel verbum plurale additur vocabulo אלהים vel יהוה:

Ioſv.XXIV, 19. אלהים קדשים הוא	*Sancti Dii ille.*
Eſa. LIV. 5. כי בעליך עשך יהוה צבאות שמו	*Qvia dominantes tibi, facientes te Deus Zebaoth nomen ejus.*
Jerem. X, 10. יהוה אלהים אמת הוא אלהים חיים	*Dominus DEus veritas, ipſe Dii viventes.*

Qvæ & ſimilia oſtendunt non *M*ajeſtatis exprimendæ ſed pluritatis deſignandæ cauſsâ numerum pluralem eſſe adhibitum.

4. Non plures autem qvàm tres in illo divinæ naturæ myſterio eſſe, haud dubiè primi Patriarchæ, ac pii homines antediluviani æqvè ex revelatione Dei noverunt, ac qvi poſt *M*oſen vixerunt. *A*d fundamentum enim fidei ſacræ pertinebat , ut ſcirent Deum habere filium, in qvo redimendum erat genus humanũ,item Spiritu ejus foveri & renovari cuncta. Ter repetitũ nomen יהוה in benedictione *A*raonis ſolenni Num. VI. v. 25. 26. 27. omnes eam fidem docuit. Claram jubentis Dei, emanantis verbi, & prodeuntis Spiritus Domini memoriam ſine dubio clarè inter ſe habuerunt explicatam Patres antediluviani. Qvod Deus pronunciaverat de conterendâ poteſtate Sathanæ per ſemen mulieris, ac Meſſiam Deum & hominem futurũ, plenis verbis ſe intellexiſſe profitetur Eva Gen. IV. 1. Ad fidem itaq; ſalutarem pertinet hujus articuli notitia, ut è fundamentalium numero juxta pacificatorum qvorundam noſtri ſeculi ſententiam expungi

pungi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

pungi non poſſit. Delirant autem Muhamedani, Sociniani, ſimilesq; alii *Anti-Trinitarii*, qvi in divinis dijudicandis rationem ſibi Ducem & interpretem faciunt, qvæ potiùs, ſi ſana eſt, ſublimioribus ſe magis ſubmittit, quàm refragatur.

השמים והארץ *Cœlum & terram.*

1. השמים hoc loco cœlum illud denotat, qvod initio circa rudem terræ & aqvarum globum fuit creatum, nec adhuc in ſua ſpatia fuit extenſum. Id enim tùm ex adjuncto vocabulo והארץ intelligitur, qvæ mox ſeqventi verſu de Chao primo explicatur, tùm ex opere ſecundi diei, quo primùm cœlum in aëris & ætheris regiones ampliſſimas fuit diductum.

2. Non itaq; heic vel ſolum ſidereum cœlum, vel totum cœlum intelligitur, qvale nunc eſt, nec ex ה demonſtrativo utriq; voci adjecto id rectè probant ejus ſententiæ autores, qvoniam tàm השמים cum præfixo ה, qvàm שמים ſine ה, promiſcuâ acceptione modò pro äereo, modò pro toto cœlo uſurpatum legimus, ac connexio ſeqventium obſtat, qvò minùs hìc de ſolo ſidereo explicari poſſit.

3. Nec per anticipationem, aut qvaſi ſummatim primo verſu exponi, qvæ deinde creata ſunt, rectè alii opinantur: Non enim id ſingularis connexio verſus ptimi cum ſecundo permittit, qvæ vocabulum והארץ in fine præcedentis poſitum, in eâdem formâ mox idem initiio ſeqventis repetit; ex qvo clarũ eſt, haud aliam terram intelligi primo verſu, qvàm qvæ ſecundo deſcribitur. Prodeſt ad hanc evidentiam Moſoretharum obſervatio, qvi ſimiliter in principio verſus hanc vocem cum iisdem præfixis octies legi annotarunt, qvæ ſi evolvantur, docebunt eandẽ terram in iis intelligi, qvæ ſimilem ſine ulla exceptione aut diſtinctione habent cum præcedente connexionem.

4. Qvi ex Patribus *Angelos* per השמים intellexerunt, ab ipsâ literâ nimis receſſerunt. Non enim ita vocem unqvàm accipi, ullus locus oſtendit. Angelos tamen non ante mundi

cre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

creationem,ſed hoc ipſo primo die,vel ſimul cum cœlo,vel cum reliqvis Spiritibus à Spiritu Domini incubante aqvarum moli,& univerſæ naturæ ingeſtis fuiſſe creatos, meritò credimus ; tùm qvod omnia creata viſibilia & inviſibilia non ante vel poſt ſextiduum hoc,ſed ipſo ſextiduo creata dicantur, ac demum qvieviſſe Deum ab omnibus ſuis operibus *Gen.* II,1. *Ioh.* I,3 *Col.* I,16. tùm qvòd ſimpliciſſima & inviſibilia ordine naturæ vel præcedant, vel comitentur viſibilia; tùm qvòd ad initium fundatæ terræ *A*ngeli dicantur laudaſſe Deum *Iob.* XXXVII,7.

5. Qvi cœlum Empyræum habitaculum aliqvod Angelorum & beatarum mentium ſupra ſidereum hoc primo initio factum ajunt,nil præter conjecturas ad verborum interpretationem afferre poſſunt: imo nec rectè in rerum creatarum numerum cœlum illud gloriæ piis deſtinatum referunt. Interiret enim cum mundo, qvando cœlum & terra igne conflagrabunt. Peritura enim ſunt omnia creata, *nec erunt amplius* Apoc. XXI,1. Novum verò cœlum ſucceſſurum eſt *Eſ* LXV,17. LXVI,22. 2 *Pet.* III, 13. *Apoc.* XXI,id qvod ἀπὸ καταβολῆς κόσμου piis eſt paratum, ſed in decreto,non ipſo mox opere. Qvamvis itaq; Deus per cœlum & per ſuperna Majeſtatem gloriæ aliqvando depingat, ac ſtationem vel habitationem ſuam habere in cœlis dicatur 1 Reg. VIII,30. 2.Chr. VI 21. 30. Jerem. XXV,30. ac ſimiliter alibi; haud tamen id eo intelligendum eſt modo, qvo vel Philoſophi, ſive Gentilium ſapientes ſibi perſvaſerunt, æterna & immutabilia ſupra cœlum ſpectabile locum ſuum habere, vel Muhamedani delicias ſummas corporeas in cœlo ejusmodi ſummo ſibi promittunt,ſed modo Deo conveniente ſc. ubi *Pater* eſt, ibi qvoq; *domus ejus* cœleſtis eſt, *Joh. XIV*, 2. *domicilium non manufactum.* 2 *Cor. V*, 1. *Hebr IX*, 24 *æterna tabernacula Luc.* XVI,9. *terra viventium. Pſalm.* XXVII,3. *& CXVI*,9. CXLII,6. *Paradiſus Luc* XXXIII,43. 2 *Cor.* XII,4. *Apoc. II*,7. Obſervare ad hæc licet,loca ex qvibus ſæpe ſe glorioſè manifeſtavit Deus non ſu-

pra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

pra omnes cœlos creatos, ſed in cœlis creatis, ac etiam ſæpiuſculè in ipſis inferioribus fuiſſe. De cœlo enim ſidereo intelligendus eſt locus *Eſ.* LXVI, 1. qvod ex oppoſitæ terræ ratione colligitur, cum cœlum non aliâ ratione *ſolium Dei* dicatur, qvàm terra *ſcabellum pedum ejus*. De aëreo *Ex.* XX, 22. ubi è cœlis qvidem vox Dei edita dicitur, qvod diverſæ ſententiæ Patroni urgent ex *Deut.* IV, 36. & *Nehem.* IX, 13. ſed qvale illud cœlum fuerit, Moſes explicat, qvum vel caliginis, vel fumi, vel ignis, fulminisq; in monte viſi meminit, ac ex eorum medio vocem Dei auditam ait *Ex.* XX, 21. *Deut.* IV, 36. & V, 29. In regimine v. poſita שמי השמים, qvalia ſepties reperiuntur. *Deut.* X, 14. 1 *Reg.* VIII. 27. 2 *Chron.* III, 6. VI, 18. *Neh.* IX, 6. *Pſal.* XLVIII, 34. CXLVIII, 5. non de alio qvàm de cœlo ſidereo, aut ſummâ ejus parte poſſe intelligi, ex additâ eorundem deſcriptione liqvidò patet.

6. Vocabulum והארץ cum binis præfixis ו & ה tricies octies reperitur, communitérq; ſignificat terram tàm inhabitabilem, qvàm habitabilem; ſc: vel latè & meton: univerſum globum terreſtrem cum omnibus in eo contentis, vel ſtrictè terram, qvæ diſtincta ab aquis & cœteris rebus eſt; vel ſtrictiſſimè terræ aliqvã regionem, partem aut tractum. Heîc univerſum terreſtrem globum notat, qvalis primo die creatus fuit, aqvis coöpertus, formâ ſuâ ultimâ adhuc vacuus, variis verò formarum eſſentiis & rerum ſeminibus mox à Spiritu incubante repletus. Id ex connexione hujus vocis cum proximè ſeqvente colligitur.

והארץ היתה תוהו ובהו	*Et terra illa erat informis & inhabita-*
וחשך על פני תהום	*bilis, tenebræq; erant ſuper abyſſum*

1. Ex connexione primi vocabuli hujus verſus והארץ cum ultimo præcedentis verſus ejuſdem formæ & conſtructionis, manifeſtum eſt terram heic non alio ſenſu accipi qvàm priore, & priorem terram non alio ſignificatu, qvàm hoc poſteriore accipiendam eſſe, ſed eandem hìc deſcribi, qvam nuper creatã dixit Moſes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

hanc explicationem prodeſt obſervatio Maſoretharum ſupra memorata. Ex octo enim locis, qvæ initiale habent והארץ, tria reperiuntur, qvæ in fine proximè præcedentis verſus idem הארץ habent, nempe *Lev.* XXVI, 43. *Eſ.* XXIV, 5. *Hoſ.* II, 24. qvæ ſemper ita ſine aliâ explicatione vel diſtinctione repetita eandem notant terram, qvæ in præcedenti verſu memoratur.

2. Vocabulum תהו vicies in ſcripturâ legitur, ſed nudè hâc formâ tantùm decies, redditurq; vel *vacuum*, ut *Job* XXVI, 7. *Eſ.* XLV. 8. *vel vanum & inane.* 1 *Sam.* XII, 21. *Eſ.* XLIV, 9. LIX, 4. Jer. IV, 23. *vel deſolatum*, *Eſ.* XXII, 10. XXXIV, 11. vel adverbialiter *in vanum*, *fruſtra* Eſ. XLV, 9. Qualiter autem heic explicari debeat potiſſimum ex *Eſai.* XLV, 18, colligitur לא תהו בראה לשבת, *non ad vacuitatem creavit terram, ſed ad habitandum formavit eam.* Erat ſc: terra, ut primum producta, inhabitabilis: deinde vero Deus eam ita paravit, ut habitari poſſet.

3. ובהו ter tantùm in ſcripturâ legitur, nec ſine תהו adjuncto, ſed bis tantùm eodem vocabulorum mutuo ſitu, qvo modo Maſoretharum obſervatio ſupra ad marginem poſita, explicanda eſt; cœterisq; duobus locis deſolationem extremam à poſteriori denotat ut *urbis Eſ.* XLIV, 9; *regionis Jer.* IV, 23. heic verò ſummam vacuitatem à priori: nam juxta naturam rerum de qvibus agitur, voces explicandæ ſunt. Rudis nempe informis inordinata confuſaq; fuit illa terrea aqvoſaq; moles, quòd nulla ei adfuit ſpecies, forma, venuſtas, nulla grata terræ aqvarumq; diſtinctio, ſed vacua fuit ab habitatoribus, & lætiſſima herbarum, plantarum, frugum arborumq, ubertate & varietate &c. Quo ſenſu ἄμορφος ὕλη prima hæc moles dicitur *Sap.* XI, 18. Ita autem placuit Deo principia qvædam rerum informia primò creare, qvàm res ipſas adornare ac perficere voluit, qvia liberrimè omnia operatus eſt *Pſ.* CXV, 3, & CXXXV, 7. Aliud iis qvi ordinis rationem ad ſuum Judicium temerè vocant reſpondere non opus eſt: Pulchra autem eſt *Ambroſii* ad hanc qvæſtionem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

nem ſententia: *primò vaſtam condidiſſe, deinde venuſtâſſe Deum terram, ne increata & ſine principio crederetur, ſi ſpecies rerum vel ut ingeneratæ ab initio, non poſtea additæ viderentur.* Et *Chryſoſtomi*: *rudem & absq; formâ primò factam eſſe terram, ne beneficia terræ telluris Naturæ, ſed ei tribueremus, qvi eam ex nihilo formavit.*

4. Vocabulum החשך communiter tenebras luci naturali oppoſitas ſignificat, heic verò tenebras primùm productas. Attendendum enim eſt, voces hujus capitis commate primo, paulò aliam obtinere ſignificationem, qvàm poſt rerum omnium productionem & ſeparationem ab invicem, qvod ex ipſa natura intelligitur. Multùm verò à recto ſenſu aberrant, qvi has tenebras pro Numine qvodam & principio rerum malarum habuerunt. Nam 1. Ex oppoſitæ lucis ratione ſatis liqvidò conſtat, heic non ſpirituales qvasdam, ſed naturales intelligi tenebras. 2. Non ex malo principio producta eſt res bona; At ex tenebris lucem ſplendere fecit Deus. Confer 2 *Cor*. IV, 6. Diabolum verò initio fuiſſe bonum, ac ex ordine Angelorum Dei fuiſſe, ſed deinde propriâ originis ſuæ deſertione evaſiſſe malum Scriptura alibi clarè docet. *Joh.* VIII, 44. *Jud. v.* 6 &c.

5. Vox תהום Abyſſus vicies hâc nudâ formâ reperitur, ſignificatq; ut plurimùm ſolas aqvas, vel aqvarum profundas voragines; nunqvam verò infernum Dæmonũ malornm, qvô ſenſu explicari poſſe vocem ex fundamento fidei exiſtimavit Origenes; heic a. globum vel molem illam terræ & aqvarum; qvæ tunc inter ſe confuſæ erant, poſtea verò ſeparatæ; id qvod ex vocum תהום & שמים oppoſitâ ratione non modò poſt creationem *Gen.* VII, 11. VIII, 2; ſed etiam initio ipſo creationis *Gen.* I, 1. intelligitur. Ab aqvis a. primus ille globus potiſſimum denominatus fuit, qvòd hæ univerſam terram ambierint, unde & terra à Græcis interpretibus dicitur tunc fuiſſe ἀόρατος inaſpectabilis, aqvis enim tota erat obtecta; qvo etiam reſpexiſſe David creditur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

ditur *Pſal.* CIV, 6. תהום כלבוש כסית *Abyſſò ſicut veſtimento operuiſti eam.* Item Petrus 2. Ep. III 5. καὶ γῆ ἐξ ὕδατος, καὶ δι ὕδατος συνεςῶσα τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ.

ורוח אלהים מרחפת על־פני המים	*Et Spiritus Domini incubabat aqvis.*

1. Vox רוח per ſe ſine additamento אלהים vel יהוה poſita ſignificat modò ventum, *Ex.* X. 13. *Num.* XI, 31. *Pſal.* XI. 6. etc. modò animam & flatum hominis, Job. *XXVII*, 3. *Eccleſ.* III, 10. 21. etc:, modò animum. *Pſ.* LI, 12. *Prov.* XVII, 22. XVIII, 14. *Ezech.* XI, 9. etc. modò Spiritum ſanctum *Pſal. LI*, 13. 14. *Ezech.* III. 14. XI. 24. Junctìm autem cum additamento יהוה vel אלהים nunqvam aut *A*ngelum aut ventum, (niſi aliud vocabulum alterius explicationis cauſâ accedat) aut ignem elementarem, ſed ſemper Spiritum ſanctum, Sacro ſanctæ Trinitatis Perſonam; qvod ex plenâ locorum evolutione conſtat.

2. Maſora Judæorum 8 eſſe loca tradit, qvibus ורוח אלהים junctim leguntur. Si v. ſola loca, qvæ habent præfixum ante רוח intelligit, mendum ſit omnino in litera ח neceſſe eſt, pro qvo haud dubiè legendum eſt ב. Si v. ſimul reliqva ubi רוח אלהים legitur ſine præfixo ו ſub hoc numero complectitur, undecim qvidem ſunt loca, qvibus hæc utriusq; vocis conjunctio ſine alio additamento legitur, ſed qvia tria ex illis bis repetuntur ſine ſenſus aut verborum varietate, haud incommodè ad octo reduci poſſunt. Sed dolemus Maſoram antiqvam non integram perveniſſe ad manus noſtras.

3. *O*mnia v. qvæ juxta certiorem concordantiarum noſtrarum Maſoram haberi poſſunt, heic annotata exhibentur.

ורוח אלהים	*Et Spiritus. Domini.*
Gen. I. 2. ורוח אלהים מרחפת	*Et Spiritus Domini incubabat a*qvis
2. Par. XXIV. 20. ורוח אלהים לבשה	*Et Spiritus Domini induit* Zachariam.
רוח אלהים	*Spiritus Domini.*
Gen. LXI. 38. איש אשר בו רוח אלהים	Ubi inveniemus *virum in qvo Spiritus Domini* eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

Exod. XXXI. 3.	אמלא אתו רוח אלהים	Et implevi eum Spiritu Domini (ſc. Beſalelem)
Ex. XXXV. 31.	וימלא אתו רוח אלהים	Et implevit eum Spiritus Domini (Beſalelem)
Num. XXIV, 2.	ותהי עליו רוח אלהים	Et fuit ſuper eum (Bileamum) Spiritus Domini.
1. Sam. X. 10.	ותצלח עליו רוח אלהים	Et reqvievit ſuper eum (Saulum) Spiritus Domini.
1. Sam. XI, 6.	ותצלח רוח אלהים	Et reqvievit Spiritus Domini ſuper Saul.
1. Sam. XIX, 20.	ותהי רוח אלהים	Et fuit Spiritus Domini ſuper nuncios Sauli.
1. Sam. XIX, 23.	ותהי רוח אלהים	Et fuit ſpiritus Domini ſuper Saulum.
2 Par. XV, 1.	ותהי עליו רוח אלהים	Et fuit ſuper eum (Hazariam) Spiritus Domini.

4. Hìcqvoqve locum habet unicus ſingularis locus, in qvo רוח אלהים habet ב præfixum, nempe:

Ezech. XI, 24.	במראה ברוח אלהים	Spiritus elevavit me *in viſione in Spiritu Domini.*

5. His præterea plenioris lucis cauſâ addi poſſunt ſimiles conſtructiones ejusdem vocis רוח cum vocabulo יהוה qvales numero habemus viginti qvinq; nempe: cum ו præfixo: *Jud.* VI, 34. 1 *Sam* XVI, 14. 1 *Reg.* XVIII, 12. ſine præfixo: *Jud.* III, 10. XI, 29. XIII, 25. XIV, 6. 19. XV, 14. 1 *Sam.* X, 6. XVI, 13. 2 *Sam.* XXIII, 2. 1 *Reg.* XXII, 24. 2 *Reg.* II. 16. 2 *Par.* XVIII, 23. XX, 14. *Eſ.* XI, 2. XL, 7. 13. LIX, 19. LXIII, 14. *Ezech.* XI, 5. *Hoſ.* XIII, 15. *Mich.* II, 6. III, 8. Item unicus cum ſingulari אלוה *Job.* XXVII, 3. Unicus cum אל *Job.* XXXIII, 4. unicus cum ב præfixo ante רוח *Ezech.* XXXVII, 1. & unicus cum אדני יהוי *Eſ.* LXI, 1.

6. Ex his itaq; omnibus clarè ad unum intuitum poſitis maniſeſtiſſimum eſt pravè tàm Judæos, qvàm Socinianos, aliosq; Anti-Trinitarios heic ſpiritum Domini alio interpretari modo, qvam

qvàm per Spiritum ſanctum. Nam qvod ajunt, ventum vehementem ſic aliqvando exprimi; id ex nudâ locorum omnium *Harmonicorum* inſpectione falſum eſſe liqvet. Ex univerſis duo tantùm ſunt, qvæ primo aſpectu eò trahi poſſe videntur. *Eſ.* XL, 7. *Hoſ.* XIII, 15, ſed penitiùs inſpecta, nec ſimplici & abſolutâ illâ binarum harum vocum conjunctione, ſed cum aliis additamentis explicationis loco adjectis poſita reperiuntur, nec niſi myſtico ſenſu in comparationem adhibita cernuntur, ut proinde nullum adverſæ ſententiæ ex his accedat robur. Similiter Spiritum etiam aliqvandò malum ex iisdem vocabulis deſignari reperimus, ſed per additamentum proprium explicatis, nec ita abſolutè & καθ' ἐξοχὴν poſitis ut hoc loco; Semper enim adjicitur diſtinctionis cauſâ רעה ut de *Saulo.* 1. *Sam.* XVI. 13. 15. 16. 23. & XVIII, 10. XIX, רוח אלהים רעה Spiritus Domini malus. Ne verò qvis exiſtimet ex oppoſito intelligi poſſe Angelum Dei bonum, Deus ipſi malo huic Spiritui, non aliqvem Angelum, ſed Spiritum ſanctum opponit in eodem Sauli exemplo. 1. *Sam.* X, 10, XI, 6. XIX, 20. 23. Sic & in *Bileami* exemplo, Spiritus Domini, qvo prophetaſſe dicitur *Num.* XXIV, 2. diſertè יהוה ſive Deus fuiſſe dicitur ejusdem capitis verſu, 13. Sic itaq; explicanda eſſe reliqva omnia loca, tùm vocum eadem conſtructio acceptioq; abſoluta docet, tum ipſa rei evidentia ad ſingula oſtendit. Joſephus qvidèm verbis haud minùs perſpicuis, *Spiritum Domini*, qvem in eo agnovit *Pharao Gen.* XLI, 38, *Deum* appellat, ibid. com. 16. *Spiritus* verò vel *ſapientiæ ſummæ* qvalis *Bezaleelem oppleviſſe* dicitur *Exod.* XXXI, 3. & 31, vel *fortitudinis*, qvalis *excitaſſe Saulum ad juſtitiam exercendam* traditur 1. *Sam.* XI, 6. vel Propheticus qvalis *Saulo* X, 10. *Sauli Servis* 1. *Sam.* XIX, 20, & 23. *Azariæ Prophetæ* 2. *Par.* XV, 1. adſpiravit, qvis alius qvàm Spiritus ſanctus eſt, ipſe *Deus æternus* & *Eſ.* XI, 2. 2. *Petr.* 1, 21. Ita ſolus locutionis ſacræ modus ex omnibus ſuis locis ſolidè explicatus clariſſimè evincit, non alium heic

 intel-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

intelligi poſſe qvàm Spiritum ſanctùm, ut ex hoc fundamento facillimè confutari poſſint diverſaſentientes, ne alias rationes reqviramns, qvæ tamen ſuo qvoq; modo ſatis clara ſunt

ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור׃ *Et dixit Deus; fiat Lux, & fuit Lux.*

1. Verbum DEi per ויאמר expreſſum juxta literam ipſam mandatum Dei eſt ex ſpiritu oris ejus profectum, Pſalm. XXX, 6. *in verbo Domini* (כבר יהוה) *cæli facti ſunt ſunt*, & *ſpiritu oris ejus omnis exercitus eorum.* v. 9. *qvoniam ipſe dixit* (הוא אמר) *& fuit, ipſe præcepit* (הוא צוה) *& ſtetit.* Hebr. XI, 3. πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ. Verbum ſcilicet hoc προφορικὸν, mandatum, & Spiritus oris ejus intelligenda omnia ſunt modo humano, ſed Deo conveniente.

2. *Verbum* idem myſtico ſenſu etiam λόγος ὑποστατικὸς eſt, ſive filius DEi æternus & ipſe Deus, qvi cum Patre omnia condidit: Joh. I, v. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. 2. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, v. 3. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Attributa & effecta λόγῳ heìc adſcripta evincunt λόγον ipſum eſſe *verbum* ὑφιστάμενον ſive ſubſiſtentem per ſe perſonam.

3. Sociniani, qvi λόγον hunc filium qvidem DEi, ſed non *ratione alicujus ſubſiſtentiæ æternæ divinæ*, ſed qvia *Chriſtus initio Evangelii filius Dei factus* fuit, ac λόγον ideo tantum dici, qvod *per eum revelatum ſit verbũ Dei*; Item opera qvæ per ipſum dicuntur condita, *eſſe opera miraculoſa Evangelii*; manifeſtè locum Johannis depravant, ac ei ſenſum ab ipſis verbis alieniſſimum inducunt. Clariſſima hæc ſunt, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος: qvis enim verus Deus niſi unus ille ſummus? Item λόγον illum fuiſſe in principio apud Deum; qvid enim per hæc niſi coexiſtentia æterna filii Dei docetur? & per λόγον illum omnia facta fuiſſe; qvomodo in πάντα abſolutè dicta ad ſola Evangelii opera reſtringi poſſunt? ἐγένετο autem ipſum Moſis verbum eſt ויהי; qvod præterea diſertè Apo-

ſtolus

ſtolus per ἐκτίσθη explicat, Col: I, 16. ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ, καὶ ἀόρατα etc. Nunqam ſimiliter opera miraculoſa Evangelii creata aut deſcripta oſtendere poſſunt adverſarii.

4. Lux primo die producta corpus aliqvod ſubtile lucidum fuerit, neceſſe eſt; qvoniam & per ſe ſubſtitiſſe, ac proprium motum habuiſſe, qvo diem à nocte diſtinxit, dicitur. Ita rectè Auguſtinus, ac optimi alii interpretes. Fruſtra itaq; alii ex hoc Accidentia per ſe poſſe ſubſiſtere, ut idem in aliis evenire oſtendant, concludunt.

Opus diei ſecundi.

6. ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך המים ויהי מבדיל בין מים למים׃

7. ויעש אלהים את־הרקיע ויבדל בין המים אשר מתחת לרקיע ובין המים אשר מעל לרקיע ויהי־כן׃ ויקרא אלהים לרקיע שמים׃

v. 6. Et dixit DEus: fiat expanſum in medio aqvarum, & ſit dividens inter aqvas & aqvas:

v. 7. Et fecit Deus expanſum, & diviſit inter aqvas, qvæ erant ſub firmamento ab his, qvæ erant ſuper firmamentum, & factum eſt ita, & vocavit DEus expanſum cœlos.

Cœlum, qvod primô die formâ aliqvali ſed incompletâ fuit creatum, altero die in ampliſſimum qvidem, ſed non in infinitum ſpatium ad ultimam & integram ſuam formam fuit diductum. Termini qvi ei dati ſunt ſuperiùs aqvæ ſubtiliſſimæ & inferiùs aqvæ globi terreſtris. Ita explicandum eſſe ſecundi diei opus ex aliis locis illis diſcimus, qvibus cœli ſtructura ſimiliter deſcribitur.

Eſa;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

Eſ. XLII, 5.	יְהוָה בּוֹרֵא הַשָּׁמַיִם וְנוֹשֵׁיהֶם׃	*Dominus creans cælos & expandens eos.*
Job. IX. 8.	נֹשֶׁה שָׁמַיִם לְבַדּוֹ׃	*Extendit cælum ſolus.*
Pſal. CIV. 3.	נוֹשֶׁה שָׁמַיִם כַּיְרִיעָה הַמְקָרֶה בַמַּיִם עֲלִיּוֹתָיו	*Extendens cælos ſicut cortinam, contignans in aqvis ſuperiora ejus.*
Pſ. CXLVIII.	הַלְלוּהוּ שְׁמֵי הַשָּׁמָיִם וְהַמַּיִם אֲשֶׁר מֵעַל הַשָּׁמָיִם.	*Laudate eum cæli cælorum, & aqvæ, qvæ ſupra cælos.*

Clarum enim eſt in his omnibus totum illud cœli ſpacium intelligi, qvod à ſuperficie globi terreſtris usq; ad ſummam concavitatem ſupra omnia ſidera eſt exporrectum, ac ſupremam ejus ſuperficiem ambire aqvas, qvibus cœlum univerſum continetur & contignatur,

2. Non itaq; poſſumus ad eorum ſententiam accedere, qvi cœlum tantùm aëreum, qvod inter nubes & terram eſt, ſecundô die fuiſſe expanſum, cœlum verò ſidereum primô die non tantùm creatum, ſed etiam in eam formam, qvâ nunc cernitur, fuiſſe diductum exiſtimant, qvod (1) ex ה demonſtrativo præfixo ibidem voci השמים. (2) ex verbis verſ. 6. ita colligunt, ut, cùm Deus nec dicat, fiat cœlum; nec, fiat expanſum cœli, qvod utrumq; de cœlo in ſuo ſignificato famoſiori potuiſſet intelligi, ſed cum hac additâ reſtrictione loqvatur: fiat expanſum in medio aqvarũ, ac determinatè illud expanſum intelligat, qvod in medio inferiorum nebularum & aqvarum prope terram eſſet; ac [3] idem ex ה Emphatico in voce לרקיע, qvô proximum expanſum deſignari putant, ut & (4) ex particula מעל ad eandem interpretationem accommodatâ elicere conantur: atq; ſimiliter (5) verba Pſal. CIV, 3. explicanda eſſe cenſent.

3. Singula potiùs ad primam ſententiam rectiùs aptantur, (1) Emphaticum qvidem ה tam de cœlo aëreo, qvàm de ſidereo in voce השמים 220 locîs, qvibus cum eodem præfixo adhibetur, promiſcuè uſurpatum reperimus. [2] Verba verſ: 6 non ita

reſtrin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

reſtringenda eſſe, ſed ad ſeqventia eſſe traducenda, ipſa connexio docet, ſc: expanſum in medio aqvarum dicitur factum, non ut inferiores nebulæ tollerentur à terrâ, ſed ut dividerentur aqvæ ſupra cœlum ab iis, qvæ infra cœlum exiſtunt. Cœli expanſum eſt non tantùm, qvod infra nubes eſt, ſed qvod etiam ſupra omnes nubes & ſupra omnia ſidera aſſurgit. Nubes vapores tantùm ſunt & exhalationes aqvarum inferiorum in aërem ad levem altitudinem ſolùm evectæ, ut qvamvis ex iisdem vaporibus aqvas colligant Jer. 10. v. 12. eædem tamen aqvæ haud diverſæ ſint ab aqvis inferioribus. (3) Vocabulum הרקיע non tantùm de infimâ ſed etiam de ſummâ cœli regione) o locîs promiſcuè adhibitum legimus, nec ullibi alterutrum diverſæ ab altero naturæ vel materiei eſſe, aut ſeorſim creatum dicitur. (4) Particula מעל, qvâ ſuperiores aqvæ dicuntur eſſe ſupra cœlum, hìc non reddi poteſt per in vel deſuper, qvamvis eæ qvoq; ſint hujus particulæ ſignificationes: non enim ſatìs eſt ita qvibusdam in locis eam reddendam eſſe, ſed num hoc, de qvo agitur, locô ita verti ac explicari poſſit vèl debeat, diſpiciendum eſt. Varia enim ſunt, qvæ docent eam non aliter, qvàm per ſuper vel ſupra hìc reddendam eſſe: primò qvippe oppoſitum מתחת infrà per mutuam relationem unum extremum cœlorum alteri opponi indicat; ſecundò medium לרקיע interjectum neqvaqvam eſt ſolum aëreum, ſed totum cœli expanſum; tertiò alia ſupra adducta loca eandem interpretationem confirmant. (5) Verba Davidis Pſ. CIV, 3. non aliter poſſunt explicari qvàm de aqvis univerſum cœlum cingentibus, per nubes autem ne milleſima qvidem pars univerſi cœli contignatur, imò nec alia pars qvàm qvà inferiùs feruntur, imò nulla, qvia nullum unqvam cœli extremùm attingunt. Cœli itaq; עליות apud Davidem non infimi aëris, ſed cœli ſummi extima ſunt.

4. Porrò inſervit hæc Moſaica cœlorum explicatio ad demon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

monſtrandam eorum vanitatem, qvi vaſtiſſimam cœli compagem non potuerunt animadvertere Deum habere Autorem, ſed ineptè hoc idem cœlum Numen eſſe æternum, immenſum, neq; genitum, neq; interiturum unqvam crediderunt. Si enim terminos tantùm inferiores, qvibus cœlum ad ſuperficiem aqvarum clauditur, rectè obſervaſſent, facilè eâdem operâ perdidiciſſent, ejusdem cœli ſummis ſpaciis certos collocatos fuiſſe terminos, ac, qvod ſeqvitur, à ſummo Numine conſtitutos, ut proinde non cœlum pro Numine habendum aut colendum eſſe agnoſcerent, ſolùm verò, ſupremum & infinitum Numen, qvô Autore & cœlum, & omnia, qvæ cœlum ambitu ſuo complectitur extitêre, unicè eſſe colendum ac adorandum.

5. Si qvis itaq; finem, in qvem aqvæ iſtæ ſubtiliſſimæ ad extima cœli ſint evectæ, ſcire deſideret, oculos ſuos ad ſuperiora ejusdem cœli attollat, ac obſervet obverſantem ſibi primò pellucidum ac qvaſi cryſtallimum in ſereno aëre, deinde ad ultima ſpacia cœruleum ac Saphireum fere colorem, qvalem in expanſo cœli ſupra capita animalium vidit Ezech I, v. 3. 21. ſeq. ſuper Cherubim c. 10. v. 1. Heic demum cogitet terminari tùm cœlum, tùm corporum cœleſtium lumina qvæ in aqvis cœli collecta ejusmodi fortè repræſentant colorem; ac ſimul ex ſplendidis iſtis terminis meminerit illum venerari, qvi tam illuſtres mundo præſcripſit limites. Si vel reliqva ignorentur, hic uſus ipſi locô ampliſſimi fructus eſſe poterit.

Ἀπό-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

Ἀπόδειξις

Interpretationis orthodoxæ hacte- nus in adducta loca allatæ

adverſùs

dubiam ſententiam

Novi Hiſtorici Critici

Richardi Simonis.

Dum inter hæc Hiſtoriæ Moſaicæ initia operum primi & ſecundi diei verſor, opportunè in memoriam venit ſententia Richardi Simonis, cujus HISTORIA CRITICA Veteris Teſtamenti Gallico ſermone ſcripta nuper Pariſiis prodiit, deinde in Latinum Amſtelodami verſa, eo fine tota elaborata, ut oſtendat ſacram ſcripturam Vet. Teſt. tàm multis mutationibus, lectionibus, & corruptionibus fuiſſe obnoxiam, ut neq; de literarum Hebraicarum antiqvitate & integtitate, qvibus ſcriptam eam modò habemus, neq; de genuino verborum ſenſu poſſimus eſſe certi, rectiſſimam verò ſingulorum interpretationem unicè ex traditione antiqvioris Eccleſiæ eſſe petendam. Qvo ſpiritu aut affectu agatur, mox qvidem percipi poteſt, cum partes Romanæ Eccleſiæ ſe ſuſcepiſſe profiteatur, cujus miniſterio in ordine Congregat: Oratoriæ ſe addictum in ipſo titulo indicat. Habent verò Pontificii id commune cum Muhamedanis & Atheis, ut qvicqvid adverſus ſcripturæ ſacræ divinā autoritatem & certitudinem excogitari unqvam poteſt, in uſum ſuum omne vertant: Pontificii qvidem ut ſuæ Eccleſiæ dogmata & decreta propriâ autoritate tueantur; Muhamedani ut Alcorano ſuo fidem eo ipſo concilient, dum V. & N. Teſt: libros eſſe corruptos aſſerunt; Athei ut omnem fidẽ è mundo tollant,

atq; ſibi ipſis & ſuæ licentiæ vivant: omnes verò in eo infelices, qvôd divinæ veritatis, felicitatis & ſalutis fontes ignorent.

2. Qvæ de ſacrorum librorum primis auctoribus, ſeqvutis variis mutationibus, novis collectionibus, codicum corruptelis novus hic Criticus libro primo habet, ac de verſionibus variis libro ſecundo, nunc diſcutienda non ſumam; utpote qvæ ſatis antea à magnis noſtris ſacræ ſcripturæ Hebraicæ aſſertoribus & Vindicibus Buxtorfiis, Glasſio, Hottingero, Matthiâ Vaſmuth aliisq; ſunt profligata: neq; enim aliud novus hic Criticus agit, qvàm qvod ante eum Cappellus & Morinus, ac alii qvidam faſtuoſi Critici egerunt. Ac ſicubi qvædam nova vel clariora attuliſſe ſibi videatur, vel mediam in qvibusdam tenere viam; eodem tamen omnia recidunt, nec qvicqvam ab eo inventum aut excogitatum eſt, qvod non eâdem facilitate qvâ inventum & excogitatum eſt, diſſipari poſſit.

3. Quia verò criſin ſuam interea in qvædam ſacræ ſcripturæ loca exercere incipit libro tertio, atq; hæc eadem prima Geneſeos verba, ſuprà in brevi hoc ſpecimine allata, exempli loco producit, ut probet nihil certi ex ipſis Scripturis afferri poſſe ad demonſtrationem veri & genuini ſenſus; ad rem præſentem omninò facit, ut demonſtretur, qvàm ſolida, certa & qvàm perſpicua ſit illa methodus Scripturam ex ſcripturâ interpretandi; & vice verſâ, qvàm dubia & qvàm fallax ſit alia interpretandi ratio ex verſionibus, traditionibus, & ex opinionibus aliorum magis, qvàm ex ipſis fontibus diducta. Qvò clarior itaq; evadat hæc ἀπόδειξις, in tria vel quatuor loca primùm ipſa novi Critici verba adducemus, deinde judicium breve ad ſingula ſubjungemus.

4. *Ex libr. 3. cap. 3. pag. 9. Primorum verborum vulgatior verſio eſt*, in principio creavit Deus cœlum *&* terram. *Unde inferunt Deum è nihilo omnia feciſſe. Si Hebræo inſiſtas, Verſio duplex afferri poteſt, prima:* Cùm primùm Deus creavit cœlum & Terram, *aut* anteqvam Deus & cœlum & terram creavit, Terra absq; forma exiſteret &c. tenebræ eſſent &c. Spiritus Dei &c. dixit Deus, ſit lux &c. *Omnes hæ variæ Verſiones juxta literam & Gram-*

maticæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

matica acribejan exiſtunt. Ipſi peritiores Judæi ajunt primam, qvam vulgò ſeqvimur non exactiorem cœteris aut magis literalem, qvoniam ajunt vocem Hebræam in principio *cùm ſeqventibus connecti, proinde reddendum,* cùm in principio creavit Deus, *&c. aut* anteqvam creavit Deus. *Poſtremam hanc Verſionem aliis Grotius prætulit ; non itaq; ex his verbis Deum ex nihilo omnia feciſſe evinci poteſt. Imo contrarium innui videtur, nimirum materia ex qvâ Deus omnia creaverit. Sola ergo Judaica traditio ad Chriſtianos transmiſſa id dogma demonſtrat, qvam à ſcriptura ſi divellas, nihil illa ſola probabit. Cœterùm ille ſenſus magis genuinus mihi videtur* cum primum Deus univerſum creavit, Cœlum & terram creavit, *id eſt primùm omnium Cœlum & terram facta eſſe.*

5. *De voce* Elohim *controverſiam non agitabo, Grammaticæ tantùm hæreo. Qvoniam plurale eſt, & verbum ipſum* creavit *in ſingulari numero qvidam Theologi putârunt voce illa* Elohim *Trinitatem perſonarum indigitari. At verendum ne hinc Judæi &* Sociniani *anſam arripiant nobis exprobrandi Scripturas nos juxta præjudicia & affectus reddere potiùs qvàm ipſarum morem & ſtylum. Ipſe Hieronymus, qvi id vidit nihil in ſuis qvæſtionibus pro illâ triade adtulit. Præterea Grammatici plures ejusmodi ſimiles alias expreſſiones in exemplum adducunt, qvarum rationes reddunt longè diverſas ab iis, qvas Theologi iſti, de qvibus agimus, afferre ſolent. Ne ab aliis dicta repetam, addo ipſorum conjecturis, pro more apud Hebræos & Arabas eſſe nomen plurale ſingulari adjungere. Itaq; rei hujuſce ratio nulla alia qvàm genius ipſe linguæ Hebraicæ ; cum qvâ Græca pariter convenit, in qvâ ſæpe verba ſingularia neutris nominibus pluralibus conjunguntur.*

6. *In eodem verſu verbum Hebræum qvod vulgò redditur per* creavit, *à LXX. per* fecit *redditur. Poſtmodum Iudæi & Chriſtiani verbo illi* creare *ſignificationem propriam, omnibus olim Grammaticis incognitam adfixêre. Sola ergo traditio de mundi è nihilo creatione hanc verbo iſti ſignificationem attulit.*

7. *Ex eodem verſu ubi legit Vulgata* Spiritus Dei ferebatur ſuper aqvas, *Interpretes ſive Iudæi ſive Chriſtiani inter ſe de verba Hebræa interpretandi modo ac ratione diſſentiunt propter vocum ambiguitatem. Pro namq;* Spiritus Dei *rectè & juxta Grammaticam verti poteſt* ventus Dei, *id eſt, vehementiſſimus aqvas perflabat. Sic Onkelos in ſua Paraphraſei, ſic Samaritanus. Ipſe Theodoretus in ſuis ad Geneſin qvæſtionibus hanc interpretationem priori præfert. Non ignoro plerisq; Theologis Chriſtianis Spiritum Sanctum intelligi : at fortaſſis nimium ſuis præconceptis opinionibus, nimiùm præjudiciis favent. Sanè nihil*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

nihil ex Grammaticæ ſive ex purò meroq; litteræ ſenſu erui aut evinci poteſt : ut ut uterq; ſenſus æqvè probabilis videtur.

7. Ut ordine ad ſingula reſpondeamus; obſervet, qvæſo, primùm æqvus Lector, Criticum noſtrum exiſtimare duplicem ex Hebræo textu afferri poſſe literalem ſenſum, ac ipſum ex eô fundamentô dubium textum facere; item inde exſtare diverſas ſententias interpretum; ſecundò eum ex hoc dubio concludere; *Solam Judaicam Traditionem ad Chriſtianos transmiſſam id dogma demonſtrare, nihil verò ex ſolâ ſcripturâ probari poſſe.* Hi ſcilicet ſunt hiſtoriæ ejus Criticæ fructus, *ſacram Scripturam nihil probare, recurrendum verò eſſe ad traditionem.* Aſpiciat verò modò Benevolus Lector ex alterâ parte ἀπόδειξιν illam ex Hebræo textu factam ſupra pag. 2, in qvâ clarè ante oculos exhibentur omnia illa loca S. Scripturæ, qvibus בראשית *in principio* reperitur, ac animadvertat nunqvam *ante principium*, ſed ſemper *in principio ſignificare*, adeoq; qvàm certa ſit hæc verborum interpretatio. Qvænam itaq; dementia eſt duplicem ex unicâ literâ facere ſenſum literalem? ac qvæ impietas, dubium facere textum, qvi per ſe facilis & planus eſt? ac impiam inde ſequelam nectere? *Sola Scriptura nihil probat, recurrendum eſt ad traditionem.*

8. Secundò ad Trinitatis Myſterium voci Grammaticæ inhæret Richardus ac ad genium lingvæ tàm Hebraicæ, qvàm Arabicæ & Græcæ hoc refert; *pluralia numero ſingulari gaudere.* Sed obſervet æqvus Cenſor, Criticum noſtrum ſubticere id, quod præcipuum explicationis ſuæ fundamentum faciunt Theologi; nempe hanc pluralitatem clariùs tum *hôc eodem capite v. 26*, tum *cap. 3. v. 22*, tum aliis locis deſignari. Ad verſum 26 ipſe qvidem varias aliorum recenſet interpretationes; ſed, ut more ſuô incertum reddat verborum ſenſum. Verùm qvis rectè ideò incerta eſſe omnia dixerit, qvòd non æqvè benè ab omnibus intelligantur? Num ideò nix nigra erit, qvia cœcus albam nunqvam vidit? Non in omnibus æqvè Lyncei ſumus

omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

omnes. Hieromymus, *inquit pag*: 10 in ſuis qvæſtionibus nihil pro iſta triade attulit: at *pag.* 11. Patres reliqvos audiendos eſſe, etſi nihil Hieronymus in hunc ſenſum habeat, ultrò fatetur, Ita mens vaga in nullâ re ſibi benè conſtat. Hebraicos idiotismos ex *Arabicis* & *Græcis* vult explicandos; at monſtret Criticus noſter hoc cum magnorum Criticorum præceptis convenire, ut idiotiſmi unius lingvæ ex alterius explicentur, nec potiùs ſuos unaqvæq; lingva habeat: aut, qvoniam in Hebraicâ conſtructione verſamur, monſtret, ex genio lingvæ Hebrææ alios æqvè multos, æqvè per omnia ſimiles ac numero pares conſtructioni unius nominis pluralis cùm ſingulari verbo reſpondentes idiotismos. Qvæ porrò ad veriorem hujus conſtructionis demonſtrationem pertinent, ſupra pag. 3. videri poſſunt.

9. Tertiò, qvod ad vocabulum ברא affert, *incogni tam fuiſſe Grammaticis antiqvis propriam ex nihilo creandi ſignificationem, qvoniam LXX id reddiderunt per fecit, ſed à Judæis eſt Chriſtianis eam eſſe affixam, ac qvod ſeqvitur, ſolam traditionem ſignificationem illam attuliſſe*: Ita excipimus & remittimus. Falſum eſt **LXX** Interpretes eam ſignificationem ignoraſſe: Ipſa enim verborum interpretatio ab iis facta oſtendit eos hæc prima verba de creatione ex nihilo intellexiſſe. Qvamvis itaq; heic verbum *creavit* per ἐποίησεν *fecit* reddiderint, eodem tamen ſenſu id adhibuerunt, ac ſi per ἔκτισεν id expreſſiſſent; verborum enim ſignificationes ad rerum naturam, qvibus applicantur, ſunt accommodandæ & intelligendæ. Animadvertere qvoq; debuiſſet Criticus noſter alibi hoc idem ברא per ἔκτισεν ab iisdem interpretibus reddi, ut *Deut.* IV, 32. ἡμέρας ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπον, *Pſalm.* LXXX, 12. βοῤῥᾶν καὶ τὴν θάλασσαν σὺ ἔκτισας, item Pſalm. CXLVIII, 5. de cœlis & omnibus rebus creatis, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν. Ex falſo itaqve ſuppoſito qvis non videt inep- ineptè admodum concludere Simonem? *Solam traditionem Judæorum & Chriſtianorum hanc ſignificationem attuliſſe.* Si enim ver-

verba ipſa tàm clara ſunt , ut boni qvivis interpretes hunc eorum ſenſum eſſe animadverterint, patet verba ipſa & non ſolam traditionem eam interpretationem attuliſſe.

10. Qvartò, ut animadvertat qvivis affectu partium vacuus, qvàm temerè nimis, ut in reliqvis, ita qvoq; ad verba hæc, *Spiritus Dei ferebatur ſuper aqvas*, ex varietate verſionum & interpretationum colligere ſtudeat Criticæ hujus hiſtoriæ autor, *nihil ex Grammaticæ puro meroq; literæ ſenſu erui & evinci poſſe*; rogatur benevolus Lector, ut ſolas illas Scripturæ literas ex harmonicis locis collectas , ac ſuprà ad explicationem verborum רוח אלהים poſitas & adductas *pag.* 11. 12. & 13. inſpiciat. Ad Maſoretharum obſervationem aut potiùs manuductionem illa collectio facta eſt, nec aliud oſtentat, qvàm eaſdẽ voces ad unam eandemq́; conſtructionem Grammaticam ordinatas. Judicet verò æqvus Cenſor, num qvid ad certam veri & genuini horum verborum ſenſus ἀπόδειξιν clarius unqvam afferri poſſit , qvàm hoc qvod ex perpetuo & ſemper ſibi ſimili ſcripturæ ductu per integram locorum omnium collationem, qvibus eadem literarum & vocum conſtructio ſine alio aliqvo alterius explicationis additamento reperitur & affertur? unde evidentiſſimum fit, cum nunqvam alio loco eadem verborum conſtructio ita per ſe uſurpata aliud ſignificet , qvàm ipſum Spiritum Sanctum, nec hoc loco *ventum vehementiſſimum* , aut aliud qvid qvàm ſolum & ipſiſſimum Spiritum Sanctum deſignari.

11. Hæc itaq; pauca ſufficere loco exempli poſſunt, ut ex ipſa praxi pateat , procul ab ipſo veritatis ſcopo aberrare Richardum Simonem , dum Criticam ſuam interpretationem pro verâ & canonicâ ſubſtituere conatur ; adeoq́; principia ejus omnia , qvæ ex varietate lectionum & verſionum præſupponit, eſſe falſa: contrà verò, qvæ juxta ipſum Spiritus Sancti ductum ex internâ vocum , conſtructionum & locorum plenâ collatione petuntur, omnium eſſe certiſſima ; id qvod ipſa exemplorum ἀπόδειξις manifeſtum facit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

FRAGMENTA PROFANAE HISTORIAE
ad
Sacram hiſtoriam Antediluvianam.

1. *Mundum certo temporis initio productum & creatum fuiſſe, non tantùm ex ratione, ſed etiam ex certâ traditione cum hiſtoriâ Moſaicâ conformi, cognitum habuerunt antiqviſſimæ gentes.*

2. *Jn aureæ ætatis deſcriptione clara ſunt veſtigia primi feliciſſimi hominum ſtatus; eò enim rectius, qvàm ad tempora Noachi poſt diluvium accommodantur.*

3. *De lapſu infelici hominum ac mutatione rerum ſubſeqvutâ antiqvæ etiam qvædam traditiones inter profanos extiterunt.*

4. *Dii, qvi primi ante homines regnâſſe traduntur, haud alii fuerê, qvàm Patres antediluviani.*

5. *Deorum antiqviſſimus Saturnus haud alius qvàm ipſe Adamus (qvamvis idem nomen Noacho per errorem fuerit attributum)* & *Rhea Saturni uxor haud alia qvam ipſa Eva fuit.*

6. *Non minus profanæ, qvam ſacræ hiſtoriæ repugnat, extitiſſe homines aut populos ante Adamum.*

7. *Fabuloſa fuiſſe, qvæ de antiqvitate ſuâ ad annorum myriades jactitârunt vel Chaldæi vel Ægyptii vel alii, ex ipſis profanorum monumentis conſtat.*

8. *Jupiter Saturni & Rheæ filius Cainus potiùs qvàm Chamus videtur fuiſſe.*

9. *Oſiridem qvoq́ unum ex Adami filiis fuiſſe ex genealogiis profanis conjicimus.*

10. *Mer-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

10. *Mercurius primus rectiùs creditur ab eruditiſſimis viris, unus ex Patribus antediluvianis fuiſſe qvàm ab aliîs Moſes.*

11. *In Jabale, Jubale & Tubalcàne clara non modò nominum, ſed etiam rerum veſtigia docent primum fuiſſe Palem, álterum Apollinem, tertium Vulcanum.*

12 *Gigantes, qvi Diis traduntur bellum intulliſſe, haud alii qvàm illuſtres & celebres hominum filii fuerunt, Gen: VI. qvi bella cum piis Patribus habuerunt.*

13 *Diluvii univerſalis memoria apud præcipuas antiqviſſimas gentes clara fuit, nec aliud fuiſſe exiſtimandum, qvod Græci ſub Deucalione contigiſſe tradiderunt.*

14 *Tempus, qvod ab orbe condito ad diluvium interceſſerat, profanis incognitum, ideoq; ab ipſis* ἄδηλον *dictum non ex Samaritanô Codice, nec ex Verſione LXX. interpretum, ſed ex ſolo textu Hebræo rectiſſimè cognoſcitur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 00786 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-64 4° 786